



Pro Artibus Poeta

*J. ROBERTSON KENT
Bened. Cur. Regie
Præbendarius Canonici*

PRINCIPIA JURIS CANONICI

EX

Libro I. & II. Decretalium

GREGORIE IX. PONTIFICIS

ANTEHAC

In Alma & Archi-Episcopali Benedictina

Universitate Salisburgensi,

Plurimum Reverendo, Religiosissimo, ac Clarissimo Domino

P. ROBERTO KÖNIG.

Ord. S. BENED. Celeberrimi Monasterii Garstensis Superioris Au-
striae Professo, Utriusque Juris Doctore, Celsissimi ac Reverendissimi S.R.I.
Principis, & Archi-Episcopi Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico, Inclytæ Civitatis
Styrensis Parocho, Almæ Archi-Episcopalis Benedictinæ Universitatis Juva-
vientiſſis SS. Canonum Professore emerito, & Rectore Magnifico

PUBLICI JURIS FACTA

Tertia Vice

Nunc

INDICE LOCUPLETISSIMO AUCTA

TOMUS I.

Editio Prioribus Correctior.

Cum Gratia & Privilegio Sac. Cæs. Regiæque Catholicae Majestatis Speciali.



SALISBURGI,

Literis & Impensis, JOANNIS JOSEPHI MAYR, Typographi & Bibliopole

Aulico-Academici.

APPROBATIO
S. FACULTATIS THEOLOGICÆ

Super Lib. I. Decretal.

P *incipia hæc Juris Canonici, à Clarissimo Authore speciali studio con-*
gesta, magnòque Judiciò digesta; præterquam quod nec in Princi-
pio, nec in fine operis à solidissimis fidei Orthodoxæ Principiis, nec
Ca^{no}niciis SS. Pontificum statutis in ullo deflectant; etiam sunt optima
Do^{cu}menta, quibus Conformiter intricatæ quæstiones exactissimè, &
æquissimo Jure enodantur, , tanquam ad lydium lapidem probantur,
& elimantur, , dignissima proinde, quæ ad Christianæ Reipublicæ emo-
lumentum typis committantur.

Ita censes

P. HONORIUS AIGNER Professor
Cremifanensis, SS. Theologiæ Doctor,
ejusdémque Professor Ordinarius, & p. t.
Decanus.

APPROBATIO
FACULTATIS JURIDICÆ

Super Lib. I. Decretalium.

H *æc Principia Juris Canonici, Materias in Libro primo Decretalium*
comprehensas, ita competenter, solidè & ordinatè tractant, ut
inde plurima scitu digna dici & deduci possint, hinc prælum &
Iu^{cc}m publicam optimo Jure merentur. Ita censeo

Loco spectabilis Domini Decani

ANTONIUS HERMES
Jurium Doctor, Cellissimi & Reveren-
dissimi Principis, & Archi-Episcopi Sa-
liburgensis Consiliarius, & Pandecta-
rum Professor Ordinarius.

LIBER I. DECRETALIUM.

Gregorii IX. Pontificis M.

TITULUS I.

De Summa Trinitate & Fide Catholica.

SUMMARIUM.

1. Fides Catholica quid? 2. Est donum DEI.
3. An infideles cogi possint ad suscipiendam fidem catholicam.
4. Credenda est SS. Trinitas, & quidquid à Deo revelatur per scripturam, traditiones, aut definitiones Ecclesie.
5. Requisita fidei Catholicae. 6. Eiusdem finis.
7. Professio externa fidei quando sit necessaria de Jure Divino.
8. Aut de Jure humano.
9. An provisorius de Beneficio curato, vel canonicatu fructus lucretur, si per ignorantiam omittat professionem fidei?
10. An scienter omittens teneatur restituere fructus ante omnem sententiam?
11. Qualiter superiores Regularium, & promovendi ad Doctorales gradus fidem profiteri teneantur.
12. Contraria fidei Catholicae.

Cum fons & norma Juris Canonici sit Fides Catholica, & quæ ejus primum objectum est, summa TRINITAS, rectè hæc rubrica præmittitur.

§. I.

I Definitur autem Fides Catholica, quòd sit substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. ad Hebræos. 11.

§. II.

2 Causa efficiens Fidei Catholicæ est ipse Deus: Fidem enim donum Divinum esse attestatur Apostol. ad Ephes. 2. dicens: Gratia estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis; DE enim donum est. S. Th. 2. 2. q. 6. a. 1. & ubi refellit contraria.

§. III.

Subjectum Fidei Catholicæ est Catholicus Viator: non enim est in Paganis, Judæis vel Hæreticis. Trident. sess. de Justificat. c. 15. neque manet in Beatissimis aut damnatis. Certa & communis cum S. Thom. 2. 2. quest. 5. a. 2.

Illud hic quæri potest, an infideles non baptizati sint compellendi ad fidem catholicam suscipiendam? Existimaveris cum Scoto, Gabriele, & aliis compellendos esse. Siquidem Lucæ 14. v. 23. præcipitur: ex invias & sepes & compelle intrare. Deinde in l. f. §. 3. C. de Paganis jubentur confiscari bona Paganorum nolentium baptizari. & in l. 12. C. de Judæis. coguntur Coelicolæ eisdem pœnis ac Hæretici fidem recipere. Ad hæc, infideles post factam sufficientem Evangelii propositionem ex lege naturali & Divina credere tenentur; Ergo Principes tam Ecclesiastici, quam sæculares, qui custodes sunt & ultores Legis Divinæ, possunt, imò debent infideles cogere ad fidem suscipiendam. Sed opinioni huic aperte obloquuntur textus in c. 5. dist. 45. in c. 33. causâ 23. q. 1. in c. 9. de Judæis. & D. Thom. 2. 2. q. 10. a. 8. ex ea ratione: quia credere est voluntatis: & ad fidem solâ Dei gratiâ vocamur. Neque urgent argu-